



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 59. Laurentii Blancheti Cardinalis mors & elogium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII.
A. C. 1612.

sexcentesimo decimo nono amplis de-
corabatur privilegiis. Demum vero hæ Virgines per Italiam, Franciam,
Germaniam, imo & Americam in Ca-
nadam usque navigantes, adeptis va-
riis domiciliis institutum suum propaga-
runt. Reperiuntur insuper Romæ sub
ejusdem Sanctæ Ursulæ invocatione a-
liæ Virgines, quæ a Francisca Mon-
tioux & Francisca Gourcy anno mille-
simo sexcentesimo secundo fundatæ
Asceterium ad Sanctam Ruffinam inco-
lunt: Hæ autem sine voti & clausuræ
legibus unice propriæ invigilant saluti.
Alii vero ejusmodi Virginum, quæ Ur-
sulinae dicuntur, cætus in Helvetia re-
periuntur, ac pariter instituendis puel-
lis intentæ sunt, fæminas quoque æ-
grotas aut sanguine junctas invisunt, & in
nosocomiis vel carceribus detentas pio
solatio recreant. Exstat quoque Cæ-
stillione Stiverorum, quod Longobar-
diæ oppidum est, Collegium Ursulina-
rum, quæ castitatis, & obedientiæ vo-
to sese obstringunt. Parmenses deni-
que & Placentinæ habitu, non tamen
vitæ genere ab aliis distinguuntur.

§. LIX.

*Laurentii Blancheti Cardinalis mors,
& elogium.*

Hist. Eccles. Tom. LV.

I

Hoc

Sæc. XVII.
A. C. 1612.

*Ciacon. in
vita Clem.
VIII. Viz-
zan. in hist.
Bonon.*

Hoc anno ex Purpuratis omnino sex rebus humanis erepti sunt, quos inter primus Laurentius Blanchetus Bononiæ primum vitæ suæ, & Romæ postremum diem duodecimum Martii habuit. Erat is in patria sua optimis disciplinis institutus, utriusque Juris Doctor, atque ob virilem animi gravitatem, ac virtutum, morumque integritatem Gregorio XIII. adeo commendatus, ut ab eo Sacræ Consultæ Prælati, Rotæque Romanæ Auditor, a Sixto autem quinto Gallicæ, Polonicæ & Germanæ Legationis focius eligeretur: tandem crescente meritorum gloria a Clemente VIII. ad intima consilia, & gravissima Ecclesiæ negotia adhibitus, in laboris præmium Cardinalis Presbyter renunciatus, variis præficiatur Congregationibus; unde obtenta purpura, ex honoris augmento laboris gravitas crevisse videbatur. Referunt, quod Marcellus Tolosa Clericus Regularis Vir sanctitatis fama conspicuus Laurentio in somno apparuerit, eumque de felici suo transitu certiores reddiderit: Credebatur æquo iracundior, hoc vitio, ut fertur, originem suam trahente a reprehendendi libertate, qua in cunctos, etiam se Superiores forte delinquentes utebatur: ceteroquin erat Vir pius, integer, liberalis præcipue

in

in pauperes, quibus omnes ferme fa- Sæc. XVII.
cultates suas, propria dextera erog- A. C. 1612.
bat, paucis pro alenda, decora, non
tamen splendida sua familia reservatis.

§. LX.

Annæ D'Escars Cardinalis obitus.

Sequentis Mensis die decima nona Suffai. Mar-
Aprilis Vici in confinibus Germaniæ tyr. Gall.
septuagesimo sexto ætatis suæ anno de- ad diem 19.
cessit Anna d'Escars de Giury natione April.
Gallus, qui in liberalium artium, & Sammarth.
virtutum exercitiis sedulo enutritus, Gall. Christ.
& Divione Sancti Benedicti Regulam Frizzon.
professus, suprema Doctoratus laurea Gall. Pur-
Parisiis decoratus est. Accedente au- pur.
tem ad virtutum & eruditionis laudem
insigni prudentia, & illustri genere suo,
necnon innata morum comitate Ca-
roli IX. Franciæ Regis & Catharinæ
Medicæ gratiam sibi conciliabat, ac
primo Cænobii sui Abbas, ab Henrico
III. Abbas Molismensis & Pulterianus,
ac paulopost Lexoviensis Episcopus no-
minabatur, quam Ecclesiam ab hære-
ticorum faucibus eripuit, gregemque
Divini Verbi pabulo abunde refecit. Eni-
tuit immotum ejus erga Catholicam
Religionem studium fervente periculosa
Regem inter & Regni Proceres contro-
versia: unde Henricus Rex de eo di-
cere